

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sapientia uel scientia m
cum uariis

Iustorum, inquit, sapientia est nil per ostentacionem fingere, sensum uerbis aperire, uera ut sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libencius tollerare quam facere, nullam iniurie ultionem querere, pro ueritate contumeliam lucrum putare. Hec iustorum simplicitas deridetur et a mundi sapientibus fatuitas reputatur. Quid enim in hoc mundo stultius quam admissa non querere, possessa sapientibus relaxare, nullam pro acceptis iniuriis reddere, immo adiunctis aliis pacientiam prebere?

Gregorius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

inquit *om.* V² L¹ L²; sensum] secundum P V¹; diligere] deligere L²; lucrum] facere *add.* (*del. infra*) M; putare] sed *add.* V² L¹ L²; deridetur] quia *add.* V² L¹ L²; sapientibus] puritas uirtutis *add.* V² L¹ L²; reputatur] creditur V² L¹ L²; non querere *om.* P V¹; quid...prebere?] quid namque stultius uidetur mundo quam mentem uerbis ostendere, nihil machinatione callida simulare, nullas iniuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quaerere, possessa relinquere, sapienti non resistere, percutienti maxillam alteram prebere. V², quid namque stultius uidetur mundo quam mentem uerbis ostendere, nihil machinatione callida simulare? nullas iniuriis contumelias reddere? pro maledicentibus orare? paupertatem quaerere? possessa relinquere? sapienti non resistere? percutienti maxillam alteram praebere? L¹ L²